



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

14 Vtrum lex ciuilis, & ecclesiastica inducant obligationem in conscientia,
& sub peccato?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

13. Restat satisfacere argumentis n. 7 adductis. Ad primum concedo legiflatorem à populo potestatem accepisse: sed nego accepisse cum illa limitatione: populus enim iudicavit convenientius sibi esse omnem potestatem regendi, in vnum caput transferre, nec sibi partem relicturam: quia sic magis subditus erit, & magis cum suo capite vnitus. Aliàs si populi acceptio, & consensus ad legem requiretur, populus se regeret, non Rex regeret ad quatuor populum.

Ad secundum scilicet: è communitatem resistere legi, non quia iudicet sibi disconuenientem esse, sed quia sentit subiectionem & grauamen impostum. At si legi resistat, quia iudicat sibi esse disconuenientem, vel quia iniusta, vel quia nimis grauis, tunc iam diximus probabile esse excusari ab illius obseruatione, & per hæc patet ad confirmationem.

Ad tertium negamus illum modum ferendi legem esse aptiorem, quia derogat potestati legiflatoris, quæ cedit in bonum communitatis. Adde: ex illo modo ferendi legem plures sequerentur diffusioni: quia non faciliè populus vnitur, vt exploretur eius consensus, præcipuè cum per non obseruationem legis debet introduci.

In quarto argumento petitur, qua ratione possit populus à lege appellare, vel supplicare: Dicendum ergo est, à lege lata ab inferiore legiflatore appellari posse ad superiorem: non quia sic iniusta, suppono enim iustam, & validam esse legem, sed quia onerosa sit; hæc enim ratio sufficit ad interponendam appellationem, quia est causa rationabilis: à lege autem supremi Principis appellari nullo modo potest: quia appellatio debet esse ab inferiore ad superiorem, quia habet effectum deuoluitiuum, & suspensiuum: ac poterit supplicari à lege, hoc est, rogare legiflatorem, vt legem tollat; in hoc enim nullum est inconueniens: & sic de facto vnus obtinuit, præcipuè in legibus Pontificiis, quæ quia feruntur pro toto orbe, & sæpe alicui prouincie, & regno disconuenientes sunt, neque talem disconuenientiam Pontifex agnouit, merito interponit supplicationem. Sic Castro lib. 1. de leg. pæn. c. 1. Panorm. & Felin. in c. 1. de reuoc. & pæn. Suar. lib. 4. de legib. c. 16. à n. 6.

Ad quintum admittimus consuetudinem, & desuetudinem habere vim abrogandi legem, & impediendi eius efficaciam, si præscripta sit.

Ad vltimum desumptum ex l. de quibus, dico legibus non alia ratione nos firmiter teneri, nisi quia vnus receperunt: absolute autem ad eorum obseruationem ex sola voluntate legiflatoris tenentur.

14. Sed inquires primò an facta supplicatione, vel appellatione ad Principem pro lege lata reuocanda, liceat subditis interim aduersus eam procedere, ac si lex lata non esset?

Respondet Suarez lib. 4. de legibus, cap. 16. num. 8. durante supplicatione nihil faciendum esse contra legem: quod si id fieri non potest sine scandalo, vel graui rerum mutatione, ex benigna interpretatione Principis iudicandum est cessare legis obligationem. Et hic modus dicendi mihi probabilior apparet, quia supponimus legem tunc obligare ac proinde subditos excusari non posse, nisi ex episcopia, quia credunt legiflatorem illum casum non comprehendere. Verum Bonacina disp. 1. quæst. 1. punct. 4. numer. 41. Salonijs de contractib. tom. 2. de ex. subdit. art. 3. d. spm. 4. conclus. vlt. Salas disp. 18. sect. 4. numer. 21. Castro lib. 1. de leg. pæn. c. 1. Manuel Rodriguez tom. 4. qq. regul. quæst. 6. art. 7. non ita strictè loquuntur: affirmant namque, quoties populus est iustus, & rationabilis causa supplicandi pro legis reuocatione, interim posse agere, ac si lex posita non esset, quia sic videtur vnus receptum, & quia hoc est conueniens suauit Ecclesiæ, & reipublicæ gubernationi, ne scilicet subditi pro tunc legis onere premantur, donec legiflator mentem suam magis explicauerit. Fateor hoc esse probabile, sed quod diximus probabilius, quia non est sufficiens ratio præsumendi legiflatorem nolle obligare subditos, quando subditi habent rationabilem causam supplicandi pro reuocatione legis: stare enim optimè potest adesse causam sufficientem, vt petatur reuocatio, & adesse efficaciorē, vt non concedatur: quare certa legis obligatio ex dubia causa cessare non videtur.

15. Inquires secundo, an si Princeps audiat petitionem, & supplicationem communitatis pro reuocanda lege, & taceat, censetur legem reuocare.

Probabilius existimo reuocare, quia tenebatur legi insistere, & subditos ad illius obseruationem vigere, si animum habebat obligandi: cum igitur nihil horum faciat, censetur petitioni illorum annuere & ita docet Bonacina disp. 2. de legibus, q. 1. punct. 4. n. 43. Salas disp. 18. sect. 4. n. 21. Limitant tamen, nisi ex contextibus colligere ut clarè, taciturnitatem Principis non ad obliuendam legem dirigi: sed potius ad illam firmandam, eo quod fusius, & benigno modo intendit subditos ad sui obseruationem retrahere.

PUNCTVM XIV.

Vtrum lex civilis, & Ecclesiastica inducat obligationem in conscientia, & sub peccato.

1. Quæ probent non posse obligare in conscientia, & sub peccato.
2. Certa est sententia obligare sub peccato.
3. Satis est argum. n. 1. adductis.
4. Ad omnem legem civilem, & canonicam hæc obligatio extenditur.
5. Proponuntur aliquot obiectioes.
6. Fit supradictis obiectioibus satis.
7. Sed quid dicendum de lege iniusta, explicatur, quoniam lex esse potest iniusta.
8. Si est iniusta ex parte rei præcepta nullam inducit obligationem, quia non est lex.
9. Idem iuris est de legibus laicis à carente potestate.
10. Quid dicendum de tyranni legibus.
11. Examinatur, an peccet tyrannus condens legem, & ferens sententiam.
12. Cessat obligatio legis, si ex parte subditorum sit iniusta; & lex fundata in præsumptione non obligat.
13. Secus dicendum, si non in præsumptione facti, & delicti, sed in periculo illius iudicatur, quia tunc obligat.
14. Quid dicendum de lege inæqualiter subditos grauante.

DE lege diuina, & naturali nullus dubitat. De lege humana tam Ecclesiastica quam civilis ausus est Gerlon. 3. part. tract. de vita spiritali, lect. 4. alpb. b. 62. affirmare non obligare ex lege in foro conscientie, sed quatenus iolum declarat legem diuinam. Idem sentit Almain, de lego civilis, lib. de potest. Ecclesiæ. c. 12.

Moueri possunt primò ex illo Pauli ad Timothe. 1. Insuper non est lex postea. Ergo his qui iustitiam per Baptismum adepti sunt, lex imponi non potest in conscientia obligans. Similis locus est ille ad Galat. 5. Si spiritus ducimini, non estis sub lege. Ergo leges actari non possunt, qui spiritu ducuntur. Secundo omne peccatum definitur Augustinus esse dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei. Ergo non contra legem hominum. Tertio propter peccatum mortale est pena inferni constituta; sed homo non potest talem penam imponere, Ergo non potest sub illa pena obligare. Ergo non potest obligare sub peccato. Quarto lex humana præcipuè ciuiliu solium respicit bonum commune politicum reipublice: sed ad hunc finem non videtur necessaria obligatio conscientie, quæ est interior, & bonum cuiusque proprium. Ergo. Quinto homo non potest eo generare ea quæ in conscientia alterius geruntur, cum scilicet ex perfecta scientia, & ex perfecta libertate procedat, quia solium videt ea, quæ patent; Deus autem intuetur cor. Ergo non poterit illum in conscientia obligare.

2. Nihilominus certa sententia est tam legem Ecclesiasticam, quam civilem habere vim, & efficaciam obligandi subditos in conscientia: ita vt transgressores illarum peccent mortaliter: sic omnes expolitores cum D. Thom. 1. 2. quæst. 96. artic. 4. Castro lib. 3. de leg. pæn. cap. 4. c. 5. Nauar. summ. cap. 23. num. 54. Suarez lib. 3. ap. 1. num. 6. & lib. 4. c. 17. Ar. tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 1. 2. c. 3. Salas disp. 10. de legib. sect. 2. n. 6. Bonacina disp. 1. quæst. 1. p. 7. numer. 1. Valquez 1. 2. disp. 1. 158. cap. 2. c. 4. Sayrus lib. 3. cap. 4. c. 7. Valent. com. 2. disp. 7. q. 5. p. 6. Reginald. summ. lib. 13. num. 174. Molina alios referens de Hispanorum primogeniti lib. 2. cap. 1. num. 7. fol. m. 102. & Hilpanorum primogeniti lib. 2. cap. 1. num. 7. fol. m. 102. & alibi plures ab eisdem relati: & videtur conclusio definita à Paulo ad Rom. 13. Omnis anima potestati sublimioribus subdita sit: & taliter subdita est, vt si potestati resistat, Dei ordinationi resistit: sed qui Dei ordinationi resistit, peccat, & sibi damnationem acquirit, vt ipsemet Paulus dicit, Ergo qui resistit potestati, peccat, & damnationem acquirit. Item qui non audit Ecclesiæ, reputatur vt ethnicus, & publicanus. Mart. 18. Ergo committit peccatum.

Ratio autem præcipua est, quia quicunque legiflator humanus, est à reipublica acceptus potestatem regendi ipsam, à Deo illam immediate accepit, posita electione reipublice, iuxta illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & conditores legum iusta decernunt, & Sap. 6. Aulius Reges: quoniam data est à Domino potestas vobis. Ergo cum imperant, nomine Dei imperant. Ergo contententes eorum mandata, Dei mandata perunt iuxta illud Lucæ 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quocirca eo ipso, quod legiflator humanus legem imponit, Deus obligat illam feruare, & penam aeternam transgressoribus constituit, quia nomine ipsius, & per potestatem ab ipso Deo acceptam legem imponi. Dices, ergo transgressor legis humanæ non est reus culpe, quatenus legem humanam violat, sed quatenus violat legem diuinam ibi includam. Neganda est consequentia, quia lex Dei de seruanda lege humana, non adesse, ni

nisi humana poneretur. Quapropter intelligi non potest peccare contra hanc legem diuinam, nisi humanam violando, ac proinde etiamque legem inseparabiliter violat. Adde, posse legem obligare ius legibus in conscientia, est maxime necessarium gubernationi reipublice, & bonis moribus subditorum, qui si hanc obligationem in conscientia habere non possunt, sed solum timore pœnæ debent duci ad legem seruandam, nullam legem perfecte seruarent, solum enim obseruationi illius attendent, quando viderent esse imponendam. Quod esset aperte viam hypocriti, & simulationi.

3. Ex his facile est respondere argumentis, pro sententia Scoti.

Ad locum Pauli, *Iusto non est lex posita*; respondeo primo cum D. Th. in illum locum, non esse positam legem, tanquam omnis, quia illa non generaliter habet in conscientia, sed interior ad seruandam legem inclinatur; idcirco ipsi sibi sunt lex. Secundo respondeo non esse positam iusto legem pro ipso iusto, sed pro iniustis: quasi diceret Paulus: Si omnes essent iusti, nulla necessitas esset imponendi legem, quia ipsi sibi essent lex. Imponitur lex ad coercendos malos: at semel posita omnes tam iustos, quam iniustos obligat. Tertio, iusto non est posita lex; ut sub illa tanquam sub pedagogo continetur, siquidem spiritu charitatis in bonum dirigitur, & a malo auerteret. Eodem ferè modo respondere possumus ad locum illum, *Si spiritu ducimini, non estis sub lege*. Id est, non estis sub lege, tanquam sub onere: neque legis pœna vos urget, aut premit: cum spiritu charitatis ducamini. Hieronymus verò explicat: Si spiritu ducimini, hoc est si spiritu Christi induti estis, non estis sub lege antiqua, sed liberi estis à iugo legalium caeremoniarum. D. Th. dicit: Si spiritu ducimini, non estis sub lege, id est, non estis contenti legi.

Ad secundum admitto omne peccatum esse contra legem Dei, sed non inde inferitur non esse contra legem hominum, cum illa quæ sunt contra humanam legem, necessario modo contra legem diuinam.

Ad tertium concedo non posse hominem sub pœna inferni directe obligare, ut seruentur eius mandata, potest autem obligare indirecte, quatenus cum eius obligatione coniuncta est obligatio legis æternæ de seruandis mandatis humanis sub pœna inferni: quod apposite exemplo explicat Suarez *illo c. 2. n. 13.* potest enim Princeps aliquam pœnam sibi propriam, & reuerentiam suæ iurisdictioni assignare transgredientibus leges seuum gubernatorum, tunc enim gubernatores obligare non possunt directe ad seruandas suas leges, sub pœna illa à Principe assignata, quia illam imponere non possunt: at obligant indirecte, siquidem ex totum obligatione, sequitur obligatio, quam Princeps imponit, & pœna, quam transgressoribus imponitur est.

Ad quartum nego, necessariam non esse hanc obligationem in conscientia ad bonum commune, cum in bonitate morali, bonum commune politicum fundari debeat.

Ad quintum neganda est conscientia; bene enim potest homo hominem obligare in conscientia ad actus externos, etiam ea, quæ in conscientia geruntur, non agnoscit, quia non obligat per se ad ea, quæ in conscientia fiunt, sed ad ea, quæ exterius procedunt.

4. Sed inquires, an hæc obligatio ad omnem legem extendenda sit?

Respondeo ex recepta omnium Theologorum, & Iuristarum sententia, cum D. Th. *1. 2. q. 92. art. 2. ad 1. c. q. 93. art. 2. c. in c. omnia. dist. 3. c. in l. legum virtus, ff. de legibus, nullam legem esse posse, quæ vim obligandi non habeat: nam si lex est vera, iusta, & rationabilis, à superiore procedit, quatenus superior est, & quatenus potestatem habet, & cum intentione obligandi. Ergo de facto obligat. Neque ergo intelligi præceptum impositum esse subditis, & subditi obligati non esse parere: quia ut superiori puncto diximus, ex lege diuina, & naturali talibus præceptis obediendum est.*

Verum ut hæc doctrina clarius innotescat, placet aliqua austeritas illam proponere. Et quidem plures in interuentur esse leges, nullam obligationem inducentes. Primo lex est iure gentium statuta, homines in bello captos reducere in seruitutem; bella mouere aduersus occupantes terras nostras: quæ tamen neminem videntur obligare; nemo enim cogitur captiuos in seruitutem redigere, neque bella, aduersus occupantes iniuste eius bona, mouere. Secundo plures sunt leges permitentes aliqua mala in republica ut maiora vitentur, ut constat ex *cap. omnia, dist. 3.* iuncta glossa. Aliæ enim leges bona permittere, non tamen obligant, permittuntur enim secundæ nature: nemo tamen ad illas obligatur. Tertio priuilegium est lex priuata *cap. priuilegium dist. 3.* & tamen non adstringit priuilegiatum ad eius usum, siquidem potest ei renuntiare: *cap. cum ad monasterium, de regularibus.* Quartò leges pœnales verè leges sunt, & tamen non obligantur subditi ex illis, ad summum enim obligantur ad sustinendas pœnas, si imponuntur. Quintò constitutiones plurimum religionum, leges sunt, & tamen ad nullam culpam obligant, imò, neque etiam videntur obligare posse ad sustinendam pœnam: nam pœna nunquam

potest imponi, nisi pro culpa. Sextò consilium inter leges enumeratur, ex *l. legum virtus, ff. de legibus*, & tradunt ibi communiter Doctores, & tamen consilium non obligat. Septimò lex fundata in præsumptione, vera lex est, & tamen non obligat in conscientia, ut est communis Doctorem sententia. Octauò obligatio legis à legislatore pendet. Ergo potest ipse pro voluntate sua limitare obligationem, Ergo poterit omnino tollere, & solum ad subiectionem pœnæ obligare. Ergo non est de ratione cuiuslibet legis hanc obligationem inducere. Vltimò sanctiores plurimum religionum ad nullam culpam obligant, & tamen leges sunt. Ergo.

6. Facilis est horum solutio. Ad primum dico, posse homines in bello iusto captos redigi in seruitutem, legem propriè non esse, sed facultatem vtilem concessam bellanti iuste; idcirco huic facultati renuntiare optime potest. At quia ad huiusmodi facultatem iure ipso sequitur obligatio in omnibus aliis, ne sic vincantem, & captorem in seruitutem victos redigentem perturbent, ideo respectu illorum lex propriè est, & dici potest.

Ad secundum & tertium eodem modo responderetur, permissionem, & priuilegium quatenus particulari personæ concessum, seu quatenus permissio, & priuilegium est; non esse propriè legem: at esse legem, quod ex illis proxime & immediate consequitur, consequitur enim in omnibus subditis illius, qui permissionem, vel priuilegium concessit, obligatio non perturbandi vteam permissionem, vel priuilegio.

Ad quartum & quintum concedo, leges purè pœnales esse veras leges, etiam si non obligent in conscientia ad actum immediatum, ratione cuius pœna imponitur; sufficit enim, si ex illis obligentur iudices ad pœnas imponendas, vel subditi ad soltuendas pœnas supposita legis transgressione, vel ad sustinendas pœnas casu, quo imponantur à iudicibus; hoc enim vltimum ad minus est necessarium; quia aliàs non poterit superior efficaciter subditum punire, si subditus obligatione careat sustinendi pœnam, seu non resistendi: cum verò dicitur non posse esse obligationem sustinendi pœnam, nisi præcedat culpa; respondeo, nisi præcedat culpa quoad Deum, nego? sufficit, si præcedat culpa, quoad homines, & in foro illorum.

Ad sextum consilium late dici legem, non propriè, habet enim cum lege quandam similitudinem, quia dirigit, & docet, quod faciendum sit.

Ad septimum dico legem fundatam in præsumptione facti, seu delicti esse veram legem, si præsumptio cum veritate conueniat: secus verò, si à veritate discordet; tunc enim erit vera lex sed præsumpta, & ideo tunc solum præsumptiue erit quis lege obligatus, non propriè.

Ad octauum concedo posse legislatorem limitare pro sua voluntate obligationem legis, ut diximus in superiore tractatu de peccatis *disp. 2.* & obligare ad culpam venialem in materia graui: at tollere omnimodam obligationem perseverante lege, impossibile, quia si perseverat lex, perseverare debet præceptum & obligatio, quæ de ratione illius est; si verò solum ad pœnam sustinendam obligat, non verò ad actum immediatè præceptum, solum erit lex propriè quoad pœnam, & vocabitur lex purè pœnalis.

Ad vltimum concedo esse constitutiones plurimum religionum ad nullam culpam ex se obligantes; quia ita voluerunt illarum religionum fundatores: & leges humanæ pro voluntate legislatorum obligant; vnde si legislator non intendit in conscientia obligare, nullam in conscientia obligationem inducere potest: & ita sancitum est in constitutionibus nostræ Societatis *6. p. c. 5.* & de regulis Ordinis Prædicatorum docet D. Thom. *2. 2. quæst. 186. art. 9. ad 1.* & ibi Caietan. *circa solus. ad 1. dub. 1.* Syluest. *verbo religio. 1. quæst. 12. d. 110. 1.* & de constitutionibus ordinis D. Francisci idem Syluest. *quæst. 13. Corduba in reg. D. Francisci. cap. 10. quæst. 3.* Pallatellus *in priuilegiis. min. c. 1. 5.* & generaliter de his omnibus docuit Thomas Sanchez plures referens *lib. 6. in Decalog. cap. 4. num. 11.* Suarez *lib. 3. de legibus. c. 2. num. 5.* Valquez *disp. 158. cap. 3. numer. 15.* Bonacina *disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 2. num. 5.* An verò dicendæ sint hæc constitutiones leges, aut consilia, questio est leuis momenti; placet tamen mihi modus dicendi Thom. Sanchez, & Suarez Bonacina *suprà*, neque esse leges propriè, neque propriè consilia: assimilari tamen legibus, ac proinde leges esse dicendas. Non sunt leges propriè, quia non ligant, cum de ratione legis sit vinculum, & obligatio: ut late probat Suarez *lib. 3. cap. 20. à num. 3.* Neque propriè consilia, quia erit de rebus ad perfectionem pertinentibus sint, imperatiuo modo procedunt, & à superiore habent autoritatem condendi veras leges, & præcepta, & ad bonum commune ordinantur: insuperque transgredientibus illas constitutiones imponitur pœna, quæ omnia sunt aliena à consilio, & affinia legi: cæque de causa leges dici debeat, seu, ut placet Bonacina, dicuntur regulæ, seu ordinationes, quæ ordinant, & dirigunt ad bonum, ostendendo, quid faciendum sit, quid vitandum.

7. Sed quid dicendum de lege iniusta, an obliget in conscientia? Triplet

DE
ASTRO
PALA
TONI
LIB.

Tripliciter lex, seu præceptum iniustum esse potest. Primò ex parte rei præceptæ. Secundò ex parte legislatoris. Tertio ex parte subditorum. Ex parte rei præceptæ est iniusta lex, si rem contrariam bonis moribus, vel contrariam bono communi imperet. Ex parte legislatoris est iniusta, si potestatem non habeat ferendi illam. Ex parte subditorum potest esse lex iniusta, si deficiat fundamentum, & ratio, ob quam lex, & præceptum illis imponitur.

8. Dic ergo primò, si lex sit iniusta ex parte rei præceptæ, quia præcipit rem bonis moribus contrariam, clarum est non obligare, quia esset obligatio ad peccatum. Item lex humana est participatio legis naturalis, & diuine: non ergo potest esse illi contraria, quòd si aliquando aduersetur, ea parte non est lex, neque illi est obediendum: quia præstat magis obedire Deo, quam hominibus, Actorum 4. Quòd si bono communi reipublicæ aduersetur, etiam si quod præcipit malum in se non sit non est illi obediendum, quia non est lex. Legislator enim quicumque sit, non habet potestatem condendi leges, nisi quatenus reipublicæ viles sunt: nam si legislator sit Ecclesiasticus, hoc est illi data potestas à Christo Domino, in destructionem Ecclesie, sed in eius ædificationem: si verò sit legislator civilis cum à republica accepit potestatem, non potest dici in destructionem ipsius reipublicæ accepisse, sed potius in illius ædificationem, commodum: sic omnes Doctores.

9. Dico secundò, si lex iniusta sit ex defectu potestatis in legislatore, certum est non obligare, quia deficit fundamentum legis, debet enim procedere à superiore, qui vete superior sit, vel taliter existimetur.

10. Hinc oritur non leuis difficultas, an legibus latis à tyranno obediendum sit? Videatur enim illis non esse obediendum, quia caret potestate leges ferendi: neque vete superior est, neque talis existimatur: supponimus enim tyrannicè regnum usurpasse, ac proinde iurisdictionem. Item non ad sit communis error populi cum titulo colorato: sed potius ad sit communis omnium cognitio de usurpatione iniusta iudicij.

Nihilominus dicendum est legibus latis à Rege tyranno, dum pacifice possidet regnum, neque à reipublica expellitur, obediendum esse. Sic Salas alios referens *disp. 10. sect. 3. numer. 14. Lessius lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 9. numer. 70. Bonac. disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 3. numer. 12.* Ratio præcipua est, quia præsumendum est reipublicam dare tyranno potestatem leges, & sententias ferendi, dum potestate caret expellendi illum à regno, ne incommoda multiplicentur, & omnia sint confusione, & perturbacione plena: & ita dicendum est esse superiorem, dum occupat regnum, & habere potestatem, quæ necessaria à republica iudicatur ad rectam sui gubernationem, in hac enim concessione respicit reipublica utilitatem propriam, non tyranni.

11. Dices. Ergo tyrannus ferendo leges, & sententias non peccat: si quidem vritur facultate sibi data. Consequens videtur falsum, quia illa facultas non est data à republica voluntarie, sed quasi coactè, & ad redimendam vexationem, Ergo vritus illius est tyranno illicitus, sicuti vritus pecunie est illicitus usurario. Item, quia vrendo illa facultate, se quasi firmat in regno, & potestate usurpata. Hinc objectioni respondet Lessius *lib. 2. de iust. cap. 29. dub. 9. numer. 7.* & Suarez *lib. 3. de leg. cap. 10. numer. 9.* peccare quidem tyrannum leges, & sententias ferentem ob rationem dictam, etsi magis peccaret, si sententias, & iudicia non ferret: ob quam rationem licitum est subditis (inquit Lessius) petere à tyranno leges, quibus gubernentur, & sententias, quibus in pace custodiantur: quia petunt ab illo non absolute, sed ex suppositione, quòd velit in regno persistere, quòd est petere, & consulere minus malum.

Vetum mihi dicendum videtur probabilius cum Bonacina & Salas *suprà* tyrannum non peccare in sententia ferenda, & legibus condendis, supposito, quòd velit in usurpatione regni persistere. Tum quia posita illa voluntate obligatur ius petentibus dicere. Ergo non peccat dicendo: tum etiam, quia si ipse peccaret, facta illa suppositione, quòd velit in regno persistere, peccarent subditi petendo, quia licet minus malum esset, est tamen malum: at nemini licet malum, vel malum petere. Neque verum est talem potestatem inuoluntariè à republica esse datam: nam supposita violenta occupatione regni, non inuoluntariè, sed nimis voluntarie, & libere habuit facultatem ferendi leges, & sententias: quia hoc non est in bonum ipsius tyranni, sed reipublicæ: secus verò de pecunia data usurario, cuius datio immediatè est inuoluntaria, quia non credit in utilitatem dantis, sed recipientis.

12. Dico tertio, si ex parte subditorum cesset fundamentum, & ratio imponendi eis legem, & præcepta, cessat illorum obligatio, hac enim de causa lex, quæ fundatur in præsumptione, non obligat, si veritas præsumptioni non conueniat, Sic Nauarr. *cap. 17. numer. 284. & cap. 23. numer. 62.* Couarru. *cap. cum esset de testam. numer. 9. & in epitome decret. 1. p. c. §. 17.*

9. Suarez plures referens *lib. 3. de legib. cap. 23. numer. 1. & lib. 5. cap. 24. Sayrus claus. regia lib. 3. cap. 7. numer. 8. Valq. 1. 2. disp. 163. cap. 2. & 3. Salas de legib. disp. 10. sect. 4. & disp. 16. sect. 7. numer. 14. & 15. & seqq. Bonacina disp. 1. quest. 1. punct. 7. §. 3. numer. 2. & 6. Basil. de Leon. lib. 5. de matrim. cap. 5. numer. 6. Manuel Rodr. tom. 1. regular. qq. quest. 67. art. 3. & seqq. Verum, vt hæc conclusio, & doctrina communis rectè intelligatur, supponendum est cum supradictis Doctoribus, Salas, Bonacina, Suarez, & Valquez, Basilio *suprà*, duplicem esse præsumptionem, aliam quæ fundatur in aliquo facto, seu delicto; aliam, quæ fundatur in periculo illius, seu, vt alij vocant, alia est præsumptio iuris de liber casu singulari; alia de communiter in illo contingente. Quando ergo lex, seu præceptum fertur ob præsumptionem alicuius facti, s. u. delicti, seu propriè ob præsumptionem iuris de aliquo singulari casu: tunc si præsumptio veritati non conueniat, cessat obligatio legis, & in hoc sensu est vera communis sententia affirmans esse legem iniustam, & deobligantem, quæ in præsumptione fundatur. Et ratio est manifesta, quia tunc cessat adequatus finis legis & præcepti, & consequenter debet ipsa lex cessare. Quare si superior insular in lege ferenda, quia veritatem ignorat, subditus deobligatus est obedire, quia solum in præsumptione est lex, non in veritate. Explico aliquibus exemplis. Primò contraxit matrimonium impedimento, dirimente, cogentis excommunicatione reddere debitum uxori petenti, non tenetur, imò nec potest obedire, ex *cap. tu nus. cap. n. qui, de sponsalibus. & cap. inquisitioni, de sententia excommunicatæ.* Secundò si per falsos testes conuincaris esse Petri debitorem, & compellaris solvere, non tenetur; quia tota ratio præcepti, & obligationis tibi impositæ, est quia præsumit legislator te debitorem esse; sed tu verè debitor non es. Ergo corruit tota ratio obligationis, & ita tenet Sanchez *lib. 4. in Decalog. cap. 15. Nauarr. cap. 17. numer. 283. Valent. tom. 2. disp. 7. quest. 5. p. 6. Salas de legib. disp. 10. sect. 4.* Quocirca si de facto soluas, potius vii occulta compensatione, quia iniuria tibi est illata in te, etsi in foro externo non præsumatur. Habes ergo ius quoad possis, illum repellendi & ita docet Azor *1. part. lib. 5. cap. 6. quest. 4. Valquez tom. 2. disp. 163. cap. 2. & 3. Sayrus in claus. regia lib. 3. cap. 7. n. 8. Suarez de legib. lib. 3. c. 23. & lib. 5. cap. 10. numer. 3. Bonacina disp. 1. de legib. quest. 1. punct. 7. §. 5. numer. 1. fine. & numer. 6. Nauarr. Valenz. Sanchez, & Salas *suprà*. Tertio si priuatus es officij, munerib. & honorificis, ex quo descendas à patre condemnato, & criminoso, quia ipse timore tormentorum tibi crimen imposuit, vel per falsos testes sic probatum fuit: si tibi constat veritas in contrarium, poteris in foro conscientie vii officiis, & muneribus, quia non tenetur illi sententia, vt pote fundata in falsa præsumptione delicti obedire. Et Basil. de Leon *suprà* n. 10. Manuel Rodr. tom. 1. regular. qq. q. 67. art. 3. vers. ex dictis.**

Sed obicit, legislator iuste procedit, quia procedit secundum allegata, & probata. Ergo eius sententia legitima est. Ergo tenetur obedire. Ergo solvere. Ergo non poteris vii occulta compensatione. Item ratio præcipiendi non est debitum à parte rei, sed in eximificatione iudicis, & probatione legitime facta: hæc autem ratio semper perueniat. Ergo semper perueniat finis, & ratio præcepti. Ergo obligat præceptum. Deinde si excusaris à solutione ob inuitam in te sententiam. Ergo non poteris solvere sponte, nisi velis donare, quia cooperaretis peccato alterius.

Respondeo legislatorem iuste procedere quoad se, & secundum suam conscientiam, non tamen quoad tem ipsam, cæque de causa non tenetur obedire. Ad confirmationem dico aliam esse rationem finalem præcipiendi aliam occasionem imponendi præceptum: præsumptio, & probatio legitima occasio est, qua mouetur legislator ad imponendum præceptum. At ratio finalis, seu finis ipsius præcepti, quique intenditur obtineri, est satisfactio partis, & cum hæc non sit, quia nihil debetur, effectus finalis rationem præcipiendi in illo casu omnino cessare. Ad aliam confirmationem respondeo te non cooperari peccato etiam non animo donandi soluas, sed potius recuperandi sic solutum, quia illa solutio de se non est mala: sicuti non est mala solutio usurarium, etsi acceptio sit iniqua. Habes tamen sufficientem causam efficiendi illam actionem, cui acceptio iniqua coniungitur, nempe ad redimendam tuam vexationem, ne amplius non obediendo graueris. Item ad vitandum scandalum quòd ferè semper oritur ex inobedientia sententiæ in foro externo legitime: & ita docet Bonac. Salas, & Sayrus *suprà*. Tertium exemplum sit. Constitutus fuit hæres Ioannis, non fecisti inuentarium ob cuius causam condemnaris solvere debita Ioannis, quæ tamen debita excedunt hæreditatem. non tenetur secundum factis probabilem sententiam solvere; quia talis sententia, & præceptum fundatur in præsumptione delicti commisi, scilicet te occultare bona Ioannis, hæreditatemque sufficientem esse ad omnia debita solvenda: & ita docet Suarez *lib. 1. de legib. c. 23. n. 9. Sayrus lib. 3. c. 7. n. 8. Syluest. verbo her. q. 9. Bonac. disp. 1. q. 1. p. 7. §. 3. n. 8.*

13. Vetum si lex, & præceptum non in præsumptione facti, & delicti, sed in periculo illius fundatur, quantumvis

in aliquo casu specialiter cesset, quia non cessat generaliter & absolute, ea de causa non cessat lex & preceptum: hac enim de causa contractus minoris, & pupilli sine autoritate tutoris & aliis conditionibus requisitis donatio uxoris facta marito, obligatio dotis, renuntiatio illius, aut legitime confectio testamenti, electio & alia plura sine solemnitate irritant quia talem contractum sine solemnitate iudicatur habere periculum fraudis, & ob tale periculum annullatur; & licet in aliquo casu periculum non habeat, quia tamen natura rei illud habet, ea de causa a iure irritatur. Quocirca matrimonium clandestinum alienatio bonorum Ecclesie sine solemnitate a iure requisita, inualida sunt; quia in modo illo contrahendi praesumitur, seu potius iudicatur periculum adesse fraudis: esto in hoc vel illo casu nullum sit; semper enim verum est dicere talem contractum sine factum periculosum esse, ita late explicat Suarez, Salas; Bonacina, Bassius de Leon, & alii supra.

Ex hac conclusione colligit Bassius de Leon n. 11. religiosorum precepta prohibentia in virtute obedientie ingressum in cellas ob aliqua incommoda vitanda, obligat etiam in casu in quo aliquis certo sciat non adesse ibi periculum, ratione cuius preceptum impositum fuit quia esto non adire periculum in illo casu adesse tamen generaliter, & in plurimum, & hoc sufficit, quia fuit hac causa imponendi preceptum. Idem tenet Manuel Rodriguez supra, ex alia tamen ratione.

Rarus lex iniusta esse potest quia inaequaliter subditos afficit, quod potest contingere in impositione tributorum, & veltigalium. si enim sine iusta, & rationabili causa alii praesertim grauentur, poterunt illa in parte ab obseruatione legis excusari, quia lex debet esse aequalis, & legislator non debet committere in illa ferenda vitium acceptationis personarum. Dixi sine rationabili causa nam saepe alii praesertim grauantur in tributis, rationabili & legitima causa intercedente: plebei enim, & rurales potius quam nobiles, mercatores potius, quam coeques, diuites potius quam pauperes. Quare non facile iudicandum est legitimam, & rationabilem causam non adesse, & in casu dubio temper ita praesumi debet. Aduerito item tributum posse ex parte iustum esse, & ex parte iniustum: & tunc lex solvendi illud non erit absolute iniusta sed solum ex parte quia vitale per inutile non vitatur. & tradit Suarez lib. 1. de legibus, cap. 9. num. 2. Bonacina disput. 1. de legibus, quaest. 1. punct. 7. §. 3. num. 2. & latius dicendum est de dispositione de veltigal.

PUNCTUM XV.

Vnde colligendum est legem civilem, & canonicam obligare in conscientia ad actum, cui est poena imposita, vel solum obligare ad sustinendam poenam, si imponatur.

- 1 Explicatur distinctio poenae spiritualis & temporalis.
- 2 Excommunicatio minor solum est signum obligationis ad veniale excommunicatio maior semper est mortale.
- 3 Excommunicatio ferenda non videtur sufficiens signum mortalis obligationis.
- 4 Idem quod dictum est de excommunicatione, dicendum est de suspensione, interdicto, & irregularitate poenali.
- 5 Idem iuris est de poena depositionis, degradationis & priuationis beneficii.
- 6 De lege temporalem poenam imponente non obligare ad culpam, qui defendam, & quomodo probent.
- 7 Proponitur sententia affirmans ad culpam obligare.
- 8 Distinctione apposta resoluitur questio de lege lata sub verbis praecipit.
- 9 Si superior declarat se nolle ad culpam obligare, non obligat lex tamen si praecipit verbis apponatur.
- 10 Si verba legis in differentia sunt, probabilius est ad culpam non obligare. Excipit nisi de consuetudine, & visu aliter fuerit declaratum.
- 11 Ex gravitate poena temporalis plures Doctores censent sum sufficiens indicium obligationis ad mortale.
- 12 Contrarium probabilius videtur.
- 13 Proponitur aduersus hanc doctrinam quaedam obiectio, & soluitur.
- 14 Satisfit argum. num. 6. & 7. adductis.

Non leuis est difficultas cognoscendi quando lex civilis, & canonica obliget subditos ad actum immedie intencum, vel quando solum obliget ad sustinendam poenam casu, quo legem illam transgrediantur. Nam esto legislator obligare possit subditos ad actum, cui poenam imponit, tamen saepe contentus est impositione poenae abique alia obligatione. Querimus ergo vnde hoc sit cognoscendum

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

2 Pro quo supponendum est alias esse poenas spirituales alias temporales: spirituales voco excommunicationem suspensionem, interdictum, irregularitatem dispositionem, & similes. Temporales, priuationem, pecuniam, exilium, infamiam, mortem, &c.

Si de poenis spiritualibus loquamur, cum distinctione est procedendum, quia non omnes poenae vniuersales sunt: si poena sit excommunicatio minor non est sufficiens signum condemnandi transgressorem legis ad culpam grauem; bene tamen ad venialem, quia excommunicatio minor solet ob culpam venialem contrahi, etiam aliquando ob mortalem contrahatur; vt in tractat. de excommunicatione latius est dicendum. Suarez lib. 4. de legib. cap. 18. num. 4. & lib. 5. c. 3. num. 2. Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 4. num. 42. Valquez 1. 2. disp. 157. num. 40. Si autem poena spiritualis sit excommunicatio maior, & haec sit ipso iure lata absque dubio lex, cui haec poena est annexa obligat sub mortali & ita tradit Sanchez lib. 6. cap. 4. num. 49. Suarez lib. 4. de legibus, cap. 18. n. 4. & plures alii quos refert, & sequitur Bonacina disp. 1. quaest. 1. punct. 7. §. 4. n. 30. Salas de leg. disp. 01. lect. 9.

3 Quod si excommunicatio ferenda est tunc plures Doctores affirmant esse signum sufficiens transgressionis sub mortali. Et quidem si excommunicatio sine vlla alia monitione & contumacia posset inferri censetur certissimum. At quia existimo, cum censura annexa non est peccato indigere semper alia monitione, vt imponatur, ea de causa non est sufficiens signum mortalis obligationis, sic Petrus de Soto lect. 3. de excommunicat. §. primo dicitur. Valenz. 1. 2. disp. 7. quaest. 5. punct. 6. q. 3. in signo 4. Diedo lib. 2. de libertate Christiana, cap. 1. paulo ante 3. propositionem consentit ex parte Suarez lib. 4. c. 18. n. 18. sine vbi dixit ex vi talis censurae, non satis colligi legem obligare per se sub mortali inquam regulariter loquendo, & nisi lex ipsa declaret, vt excommunicatio feratur, nulla alia monitione praemissa Thomas Sanchez supra n. 50. etiam existimet excommunicationem ferendam esse signum sufficiens mortalis obligationis: temperat tamen n. 51. & seq. nisi ad terrorem excommunicatio apponatur, & non animo statim illam sine vlla monitione inferendi; & ita passim fieri a iudicibus Ecclesiasticis credit; & generaliter quotiescumque ex consuetudine, vel ex vltima monitione requiritur, non est (inquit) sufficiens signum mortalis obligationis: consentit Casto lib. 1. de lege poen. c. 4. docum. 4. Vale. disp. 158. c. 5. n. 45. Henriquez lib. 1. de excomm. cap. 17. n. 2.

Dices posita monitione noua imponitur censura ob factum praeteritum. Ergo factum ipsum peccatum erat mortale.

Respondeo non imponi praesertim ob factum praeteritum, sed ob illud noua resistentia & contumacia vestitum. Nam, vt optime dicit Valquez, Suarez & Sanchez supra, bene potest fieri mortale factum illud post monitionem Praelati, quod, tamen antea non erat, quia resistere monitioni nouae cedit in maiorem contemptum non solum legis, sed etiam superioris ratione cuius causa talis excommunicationis completur.

4 Idem quod dictum est de excommunicatione dicendum est de suspensione, & interdicto, & irregularitate poenali, quae si absolute proferantur, & sine censura, ipso facto semper sunt signum mortalis obligationis, (scus vero si ferenda sint; sic Valquez cap. 5. n. 48. & seq. Thom. Sanchez n. 54. Suarez n. 14. Azor tom. 1. instit. moralium, c. 6. quaest. 5. Bonacina disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4. n. 30. Salas disp. 1. c. lect. 9. num. 54. & 62. esto contra teneat Nauar. c. 23. n. 53. eo quod suspensio, interdictum & irregularitas imponantur aliquando absque culpa. Temperat autem Sanchez, & Suarez supra nisi suspensio, & interdictum leuia essent, vt alicuius specialis actus ad breue tempus: tunc enim non esset iudicium obligationis grauis, sicut dictum est de excommunicatione minori.

5 Poena item depositionis, degradationis, & priuationis Ecclesiasticae sepulturae indicium sunt obligationis mortalis, quia sunt poenae grauissimae nunquam imponuntur nisi ob grauem culpam: sic alius relatis Sanchez n. 55. & 56. aduertit cum Valquez disp. 159. cap. 3. n. 22. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 6. quaest. 5. supra dicta procedere, etiam si verba legis indifferencia sint, vt statuimus, ordinamus, &c. quia magnitudo poenae spiritualis indicat sufficenter essetia legislator voluntatem obligandi ad actum immediate ordinatum, & cui poenam imponit.

6 Maior autem difficultas est de legibus, siue civilibus siue canonicis imponentibus temporales poenas: inquam, haec leges obligent in conscientia transgressores ad actum immediate praecipit.

In qua re est prima sententia affirmans nullam legem, siue civilem siue canonicam, poenam temporalem imponentem transgressoribus, obligare ad culpam mortalem nisi id expresse fecerit legislator quantumcumque per verba praecipit procedat: sic Nauar. late probans summo c. 23. a n. 55. & lib. 1. consil. 3. de consil. & adducit pro se Imol. & Felin. plures adducit Couar. regul. peccatum p. 2. §. 5. num. 2. docet Menchaca 1. controu. cap. 29. vbi dicit Principes saecularis nec velle; nec posse